UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

430. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

Burchard. lib. 10. c. 68.

nentes Epiſcopis aut Clericis, gradu proprio penitùs abſcidentur.

De eadem re. *Ex Capitularium lib.* I. *titulo* XXVIII.

Lib. 1. Capitular. c. 19.

CCCCXXIX. Nec Clerici nec monachi conſpirationem vel inſidias contra paſtorem ſuum faciant.

De eadem re. *Ex Concilio ad Piſtas.*

Capitula Karoli Calvi tit. 29. c. 4. pag. 276.

CCCCXXX. Nos quoque Epiſcopi auctoritate Dei & ſacrorum canonum, ſicut ſancti Pontifices DCXXX. Chalcedonenſis Concilij conſpirationem fieri prohibuerunt, & ſicut cetera Epiſcoporum Concilia hujuſmodi perniciosa facta vetuerunt, & nos prohibemus. quia facientes illa per eorum judicium, qui cum Deo jam in cœlo regnant, & á cœleſti Eccleſia & Chriſtianorum ſocietate ſeparati ſunt, niſi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeant ut ſanctæ Eccleſiæ poſſint readunari.

De eadem re. *Ex Capitularium lib.* III. *cap.* IX.

Lib 3. Capitular. c 9. Lib. 1. Leg. Longob. tit. 17. c. 11.

CCCCXXXI. Conſpirationes veró quicunque facere præſumpſerint, & ſacramento quamcunque conſpirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primó, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur. Adjutores veró illorum ſinguli alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Ubi veró nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter